



Jus Canonicum Practice Explicatum

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos,
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1728

Decisio LIX. De Nobili contra Subditos executivè procedente, lite adhuc
pendente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

theoria non potest hoc petere Actor, nec, si is peteret, Judex concedere, ut clarè patet ex rubr. *§ t. t. ut lite non contest.* Mynsing. cent. 4. obs. 66, Spectata tamen praxi multorum locorum stylus Curialis habet, ut etiam lite nondum contestata adversus Reum contumacem Actore petente procedatur ad sententiam definitivam in causa principali, uti testantur Befold. in *Process. Judiciar. c. 5. th. 4.* Andr. Gail l. 1. *observ. 80. n. 2.* Berlich. p. 1. *conclus 17. n. 38.* Emeric. à Rosbach in *Praxi Civili. tit. 30. n. 31.* Notant tamen hi DD. quòd, etsi ob absentis contumaciam lis habeatur & acceptetur pro contestata, & procedatur ad productionem articulorum positionalium, hi tamen articuli non habeantur pro confessatis, sicut fit in casu, quo post lris contestationem Reus contrahit eremodicium, seu contumax fit, sed tantum admittantur ad pro-

bandum: si Actor eos postea suffi-
enter probavit, condemnatur Reus
in probatione defecit, absolvitur
(refusis tamen expensis Actori, &
contumaciam causatis, si has pet-
Actor) per l. *properandum 13. §. 3. C. de
Judic. l. Et post edictum 73. ff. eod. l. 1.*
Gail. n. 2. cit. *§ l. 1. observ. 80. n. 2.*
& nisi nempe Actor ab initio peti-
disjunctivè, nimirum vel procedat
sententiam definitivam, vel se in
in veram possessionem, aut si ab in-
tio quidem petiisset determinate pro-
cedi ad definitivam, at in decursu ve-
riasset petendo immisionem in po-
ssessionem; tunc enim, si suos arti-
los non convincenter & liquide pro-
basset, non absolvendus foret. Ita
sed Actor in possessionem mittitur
per text. in c. 4. *de dolo § contumax*
C. *quom. § quand. Jud. Andr. l. 1.*
n. 4. *§ 5. D. à Widmont ad ff. de
Siquis in Jus vocatus. n. 25. 26.*



TITULUS XVI.

Ut lite pendente nihil innovetur.

DECISIO LIX.

De Nobili contra suos subditos executivè procedente adhuc lite pendente.

SPECIES FACTI.

Dionysius Romani Imperii immediarius Nobilis severius, quam

oportebat, sui territorii subditos vexare coepit, nova imponendo

ta, ac in specie adhibendo ad excu-
 bna nocturnas, imò etiam de die
 ad pompam & ostentationem, quan-
 do aderant nobiliores hospites, ad
 eos oblectandos. rusticam gentem
 habitu militari & armis instructam
 passim ire in ordines, & ritu militari
 velut parvulum exercitum iustrari.
 Qui delectus, excubiæ, & servitia
 multum exacerbabant subditos, ut-
 pona à necessariis laboribus indè ab-
 strahos, & non parùm fatigatos.
 Unde coram Directore Nobilitatis (bey
 der Reichs = Mitterschafftlichen
 Hauptmanschafft) querelas suas de-
 penderunt instituta actione contra suum
 Dominum territorialem Dionysium.
 Durante autem lite subditi posuerunt
 arma & vestes militares recufatis ser-
 vitiis, & quidem, uti assererat Dio-

nyfius, cum magna insolentia, de-
 spectu, & contemptu auctoritatis Do-
 mini territorialis, nec sine dictis &
 verbis contumeliosis. Quam refracta-
 riam insolentiam ut compelleret Dio-
 nyfius, quosdam in carceres dedit &
 custodias, alios à suis muniis deposuit,
 alios aliter multavit. Imò instituto
 Inquisitionis processu causam Judiciali-
 ter tractavit, & Acta ad aliquam Uni-
 versitatem transmisit, non modò ut
 hæc suum daret consilium, sed etiam
 ut adneceteret sententiam; & quia
 Universitas varias in refractarios pœ-
 nas statuit, alios condemnando ad car-
 ceres, alios autem relegando, simul-
 que refusionem expensarum dictando,
 hanc Universitatis sententiam publicari
 fecit & executioni dari. Quapro-
 pter

QUÆSITUM EST.

An hæc inquisitio, cognitio, sententia, & ejus executio du-
 rante & pendente lite in puncto delectus & servitiorum fieri
 potuerit, & an non sint mera attentata?

Rationes Dubitandi.

Pro Dionysio, & ejus facto excu-
 sando facit I. Seditiosa, ut eam
 deponat, & plurimùm exaggeravit,
 multorum rebellio, arma & vestes
 militares, quibus à Domino territo-
 riali instructi erant, in ipso castro de-
 pendentium cum tumultu, verbis in-
 iuriosis, & conspiratione de iis non
 recufandis, quæ fieri non potuit
 sine atroci injuria, vilipensione, de-

pressionem, contemptu, & prostitu-
 tione Domini territorialis, cui obe-
 dientiam, reverentiam, & omnem
 honorem exhibere tenentur vi homa-
 gii eidem præstiti. Quo agendi ge-
 nere sicut graviter utique deliquerunt
 contra suum Dominum, ita gravis
 quoque supplicii ac pœnæ reos se fece-
 runt, ab ipso etiam tam atrociter læ-
 so Domino puniendos, & vindican-
 dos;

P p 2

dos; quam vindictam Dominis contra subditos suos velut iustissimam ipsæ quoque leges Civiles concedunt, uti l. 10. ff. de jurisd. l. 10. ff. de testib. l. fin. C. ubi senatores vel Clariss. Nicol. Mühlner ab Ehrnbach. de Princ. & Stat. Imper. p. 2. c. 37. Klock. de contribut. tit. 18. n. 96. Ergo Dionysius inquirendo, procedendo, & puniendo malefactores ac rebelles subditos suos iustè & secundum Jura processit sine specie attentati, & sine præjudicio litis pendentis, maximè quia

II. Inquisitio, cognitio, sententia Facultatis Juridicæ, ejusque à Dionysio facta executio unice pro objecto suo habuerunt delicta & atroces injurias rebellium subditorum, adeoque processus iste fuit merè Criminalis, qui à causa & processu Civili, qui pender in altiori tribunali, fuit omnino separatus, independens, & toto coelo diversus; ergo, cum solummodo in delicta & delinquentes fuerit inquisitum, & sententionatum, solique delinquentes ob gravia sua crimina iustè puniti, nihil fuit actum contra litem in causa merè Civili ceptam, continuatam, & pendentem, nec involatum in jurisdictionem Superioris Judicis, apud quem causa Civilis tantum est introducta. Eoque minùs, quòd

III. In puniendis hujusmodi delinquentibus nullo modo sit expectandum, donec lis super negotio Civili cepta deducatur ad exitum, ut elucet ex hoc exemplo: Cajus iustè prætendit solutionem debiti à Titio: Titius econtra, uti quorundam No-

bilium mos est, Cajum loco solvendi verberibus impetit, fuisse repentinè domus fenestras confringit &c. ac propterea à Cajo reus agitur injuriarum & criminaliter accusatur. Antea Cajo debere esse contentum pro bis, si Judex, coram quo intererat causam Criminalem, ei diceret, pro coram Judice competente alio nominadam esse causam Civilem, & pronuntiandum, an Titius Cajo aliquid debeat, ac proinde an Cajum impetitum malè tractaverit?

IV. Esto, quòd sententia, quam Facultas Juridica ad præviam investigationem & cognitionem de delictis delinquentibus à Dionysio factam pronuntiavit, hinc inde mentionem facit de facilitate & tenuitate servitorum quorum possessionem jam sit occupatus Dionysius, aliisque similibus, quæ ad causam pertinere Civilem, pendebat adhuc, videri possent, tamen non eo animo factum est, ut decidatur causa Civilis, sed præcisè hujusmodi res commemorata sunt, ut quam circumstantiæ aggravantes delictorem, adeoque pertinentes ad causam Criminalem, super qua lis pendebat. siquidem

V. Dionysius suos subditos cum Directorio Nobilitatis nunquam accesserat de injuriis sibi illatis: ergo puniendo dictas injurias, quæ ad causam Civilem non pertinent, non commisit attentatum circa causam Civilem.

VI. Sententia, quam executus est Dionysius, non decidit, an subditus

teneantur prestare exacta servitia, nec illos vel directè vel indirectè ad ea prestanda adstrinxit: ergo causam Civilem nec principaliter decidit, nec in consequentiam: sed præcisè factum incivile & seditiosum quorundam subditorum arguit, damnat, & punit relictâ penitus decisione quæstionis & causæ Civilis penes Directorum, ubi est introducta. Nec

VII. Videre licet, in quo consistat dependentia decisæ & per executionem terminatæ causæ Criminalis cum Civilis, aut hujus ex decisione illius

præjudicium, siquidem, si subditi abstinuisent ab irruptione in castrum, abiectione armorum, verbalibus æquè ac realibus injuriis in Dominum territorialem, præcisè propter recusata servitia, super quibus duntaxat lis erat pendens, nihil incommodi passi fuissent; neque per punitionem delinquentium ama ipsis iterum imposita vel servitia injuncta fuerunt, de quibus cognoscendi in suo foro relicta est plena libertas: unde ergo probabitur, innovatum circa litem pendentem, vel attentatum aliquid fuisse?

Rationes Decidendi.

Sed re penitus inspecta non dispicio, qua ratione Dionysius excusari ab attentato valeat, quod planè eum commisisse arbitror in præjudicium tum litis pendentis, tum Partis adversæ, per inquisitionem in delicta & delinquentes, per sententiam exinde latam, & executioni mandatam. Rationes sunt istæ. I. Attentatum ex communi DD. nihil est aliud, quàm actus *lre* (vel appellacione) pendente à Judice, vel Parte, aut ab habentibus causam, factus in contemptum jurisdictionis, & præjudicium Partis, officio ejus, cujus læsa est jurisdicctio, nec omnia revocandus. Lancellot. *de attentatis p. 1. in præf. n. 8. 17. 20.* *Mag. Manfred. præf. conclus. super at. tentat. concl. 1. Herculan. in tarct. de attent. c. 1. n. 10. Mæv. p. 4. decis. 310. Covar. præf. qq. c. 24. n. 4. sed*

Dionysius inquirendo in delinquentes & delicta, & exequendo sententiam contra eos, quos deprehendit reculare excubias, arma, & vestes militares deposuisse &c. exercuit actus lite pendente in præjudicium Partis, imò & jurisdictionis Judicis, coram quo lis pendeat adhuc, an nimirum subditi obligentur ad dicta servitia vel non, ac insuper Dionysius est altera Pars litigans: ergo excusari ab attentato non potest; cum lite pendente nihil sit innovandum. *Rubr. & text. in Tit. ut lite pendente X. § in 6. § in Cod. ibique DD. h. e. nihil attentandum à Parte vel Judice in alterius vel litis præjudicium.*

II. Quæstio & causa Civilis, quæ ventilatur adhuc & pendet, an nimirum subditi teneantur ad delectum, excubias, & alia servitia recens imposita

posita, respectu causæ Criminalis, quam tractare præsumpsit Dionysius, est *præjudicialis*, ita ut ab illius decisione dependeat, an & quousque deliquerint subditi, reosque se fecerint pœnæ, verbaliter & realiter recusando servitia, & conspirando inter se de armis non reassumendis &c. sed expediti Juris est, quòd causa, quæ dependet ab alterius prævia decisione, nequeat sine injustitia & attentato cognosci vel decidi vel executioni mandari, antequam hæc altera tanquam præjudicialis fuerit decisa & terminata, etiam à Judice, coram quo est introducta causa præjudicialis. Text. & DD. in l. 2. C. de Ord. Judicior. l. 2. C. de Ord. cognit. can. fin. caus. 3. q. 11. c. 5. qui filii sint legit. Multò minùs ab alio quocunque Judice, præsertim à collitigante, & Reo, qualis in hac causa præjudiciali est Dionysius. Quid enim? Si subditi in causa præjudiciali & principali, quæ tam in Petitorio quàm in Possessorio Ordinario jam est coepta, victores evaderent, an non ante tempus attentata punitio foret ingens injuria & iniquitas, pro qua justam peterent satisfactionem? certè delictum principale, ad quod ferè omnia alia referuntur, consistens in recusatione servitorum cum verbali tum reali, adhuc est incertum, cum adhuc disceptetur de obligatione ad illa: ergo pœna propter hanc recusationem irrogata, tanquam certa, est improporcionata delicto incerto, adeoque iniqua est, & tyrannidem sapit. Si verò subditi in Possessorio

Summario à Judice, ubi pendet servitium præjudicialis & principalis, justis fuerint ad interim præstare servitia, isti vero non paruisse, tamen punitio spectaret non ad collitigantem, sed ad Judicem, qui justus.

III. Tanta est in hac facti contingentia causæ Civilis & Criminalis conexio, ut manifestè se prodar causarum continentia, & Criminalis sit accessoria ad Civilem, eò quòd punitio post decisionem causæ Civilis apponatur criminis argui & propterea puniri possint subditi servitia recusantes. Est autem noti Juris; quòd continentia causarum non sit dividenda, & coram illo Judice tractanda sit accessoria, coram quo principalis antecedenter est inchoata, ut patet l. 1. l. 2. ff. de quib. reb. ad em. eat. l. 10. C. de Judic. c. 1. de caus. sess. § propriet. c. fin. de Rescr. quòd accessorium sequatur principalem. c. 42. de R. I. in 6. etiam quoad de publ. Judic. ubi Bart. n. 1. pronuntiat, quòd pendente Judicio suspensione Civili non possit proponi (etiam alio Judice) actio Criminalis per eodem crimine. Gail l. 1. obs. 32. n. 11. in f. § l. 1. de Pace publi. n. 26. Myns. cent. 2. observ. 97. & cut vice versa agendum est Civilem ubi & coeptum est Criminaliter. Aldan. l. 3. de Process. c. 5. n. 19. & DD. citt. Confirmatur. Continentia causarum in hoc casu etiam ex eo colligitur, quòd ipse Dionysius in Acto coram Directorio & Judice causæ

nis jam accusaverit inobedientiam
suum subditorum, & propterea man-
data poenalia perierit ac obtinuerit:
sed mandata poenalia pertinent ad cau-
sam Criminalem: ergo ipsemet causam
Criminalem jam deduxit ad Judicem
causae Civilis: consequenter causa quo-
que Criminalis jam actu est pendens
immediate per se, & non tantum per
connexionem cum causa Civili: quo-
modo igitur sine attentato Dionysius
mutavit causam Criminalem, jam actu
pendentem, inquirendo, cognoscen-
do, exequendo, & puniendo?

IV. Adeo connexa est causa Crimi-
nalis & Civilis in hac lite, ut senten-
tia facultatis Juridicae in Criminali pro-
nuntia identidem attingerit, & attin-
gere debeuerit causam Civilem; nam
sic sonat sententia: Weilen Inquisiti
mit obredig / daß sie die Montour
und Gewöhr von ihrer Obrigkeit
willig angenommen / und die qua-
sierte Dienst eben so schwer nit
gewesen / solche auch auf ihre eigne
securitat gerichtet / und fast allen-
thalben derer vielen Dieb und Mor-
thar holler heylsamlich angeordnet /
gedachte ihr Herrschafft aber durch
ihre frevelhafte Factiones, höchst
unzählbare Renitenz, und Ungehör-
sam sehr belendiget / und so gar /
nachdem sie sich in des Corporals
Behausung versamlet / sich verei-
niget / und geschehener gültlicher
Wahrnehmung ungeachtet in dero
Schloß Hoff eingetrungen / und
die Montour und das Gewöhr vor
der Herrschafft Schloß Zimmer

nidergelegt / und die Dienst qua-
sitionis aufgesagt / solche auch denen
Ritter Hauptmanschaftlichen an
sie ergangenen Straff Befehlen
Zusolg nit wider anzunehmen und
zuverrichten sich außstrucklich ver-
nehmen lassen. Als seynd zc. se-
quitur nunc irrogatio poenae. Ex quo
tenore evidens est, non modò causam
Criminalem attingi à sententia & præ-
via inquisitione, sed Civilem, cum
pleraque hujus sententiae referri pos-
sint ac debeant ad obligationem præ-
standi injuncta recens servitia, de qua
tamen in Judicio Civili adhuc disce-
ptabatur, uti quòd *subditi inquisiti fa-
teantur, se arma à suo Domino non in-
vitos acceptasse, servitia non admodum
difficilia esse, & propriam eorum securi-
tatem spectantia* &c, ac insuper unicum
vel saltem præcipuum delictum, quo
omnia ferè referuntur, non aliud fuisse,
quàm inobedientiam, abjectionem
armorum, & renitentiam in iis reassu-
mendis & servitiis porro præstandis con-
tra mandata poenalia Judicis, coram
quo actu litigabatur (en, quomodo
causa Criminalis jam fuerit facta pen-
dens coram competenti Judice, ad
quem proinde, & non ad proprium
Dominum, pertinuisset contumaciam
plectere) cum igitur renitentia & in-
obedientia quoad præstationem servi-
tiorum unica vel principalis causa de-
cretæ poenae exstiterit, & propter hanc
solam (id enim indicant particulæ cau-
sales weilen. Als.) poenae sint in-
flictae, cæcum esse oportet, qui non
videat, obligationem ad dicta servitia
fuisse

fuisse in hac sententia tactam, super qua tamen lis pendebat, & ex ejus decisione primum constare debebat, an inobedientia fuerit vera & renitentia culpabilis; adeoque virtualiter simul decisam esse causam Civilem, & Criminalem jam coram priori Judice introductam; quod evidenter est attentatum in præjudicium litis pendentis; quod enim attingitur ab actu, vel sententia, evidenter est objectum talis actus & sententiæ, sive directum sive indirectum; uti incipientes norunt Logici: ergo sententia, & prævia inquisitio pro objecto suo habuerunt ea, quæ pertinent ad causam Civilem æquè, imò magis, quam quæ pertinent ad causam Criminalem, quæ tamen & ipsa pendebat: ergo fuerunt attentata, & innovationes lite pendente.

V. Quantumvis Doctores ex recepta consuetudine aliquid permittant Dominis in ordine ad puniendos suos subditos, & Rubricam Legemque un. C. Ne quis in sua causa in tantum limitent, ut per se ipsos possint illatas sibi à subditis injurias in continenti plectere ac vindicare. per c. 1. de pœnis in 6. faciunt tamen aliquas exceptiones; præsertim has duas conditiones exigunt. I. ut injuria sit manifesta, nec ulteriori indagine opus sit; secus enim Magistratui proprio, vel Domino, negant punitionem, imò & cognitionem Judicalem. Cyn. & Brunem. in l. un. cit. Farinac. l. 1. q. 17. n. 45. Gail l. 1. obs. 39. n. 4. Berlich. p. 5. concl. 62. n. 38. à Widmont, ad ff. tit. de Jurisd. n. 180.

Harpprecht. ad inst. de Injur. §. 9. n. 10. Salicet. Clar. Gilhaulen &c. Arq. in opus fuit ulteriori indagine & cognitione; cum inquisitio, si non in ipsa delicta, saltem in delinquentes fuerint constituta. II. ut subditi contra Dominum Magistratus, vel Judices quia tales officio suo fungentes delinquant; enim ex odio privato aut aliunde asperati contra ipsos delinquent, ut tanquam in propria causa non competat cognitio & Judicium. DD. in quibus Berlich. n. 32. insuper notat quòd in dubio præsumatur injuria iudici vel Magistratui potius odio privato, quam contemplatione jurisdictionis aut officii facta: quod tum magis verum est ubi subditi prius à suis Dominis aut Magistratu vel injuria affecti vel contra Jus gravati sunt. Jul. Cl. l. 5. Sentent. §. ult. q. 68. n. 1. vers. sed hoc intellige. Anton. in suo Cod. lib. 9. tit. de injur. def. 1. c. offendens apparitorem n. 5. Corp. in Responis l. 1. Tit. 6. resp. 52. n. Franc. Balth. de operis subditor. c. 1. l. 32. ff. de injur. in hujusmodi enim Judex consideratur ut persona privata. Atqui in præsentis facti subditi à Domino novis servitiis ac insolentia peris, & quidem, saltem eorum opinionione, contra Jus onerati prius facti & ideo coram competenti Judice suum Dominum convenerunt; in tali casu subditis licitum est se opposere, suosque Dominos coram competenti convenire, non minus ac contra personas privatas, à quibus injuriam patiuntur, agere impunitè. C.

Com. 323. Carpov. resp. 54. n. 17. Et in Praxi aurea lib. 2. c. 13. observ. 1. § 5. item lib. 3. observ. 1. cum Gail. Boër. Colero &c. Accedit Magnif. D. Christoph. de Chlingensperg. de Operis Rusticor. c. 4. assert. 4. n. 2. qui c. 9. assert. 94. n. 11. expressissimis verbis dicit, quòd, quando subditi de nimia sui Domini avaritate, vel insolitis servitiis conqueuntur, Dominus Judicis officio nequeat, aut ipse sibi velut in causa propria jus dicere. Ergo Dionysius noster prorsus malè processit inirendo suos subditos, quia proces-

sit ut incompetens in propria causa Judex; quem insuper ut respectum merito recusare potuissent subditi tum ex eo, quòd in alio puncto, scilicet servitiorum, actualem cum ipso litem habuerint. Franc. Vivius decis. 363. n. 4. Maranta de Ord. Judicior. p. 6. art. 2. n. 4. Mastrill. decis. 51. n. 58. tum exinde, quòd Dionysius in puncto honoris respectu incultæ gentis nimium delicatus nimium prurimum vindicandi injurias, sua opinione sibi illatas, manifestis ubique signis prodiderit.

Responsio ad Rationes dubitandi.

ADI. Eruitur ex dictis, maximè ex ratione decidendi secunda & ultima, ubi quidem potestatem permittimus Domino moderatè puniendi subditos, at non in casu, ubi delictum adhuc est incertum, uti & ipsi delinquentes, ita ut opus adhuc sit inquisitione; & quando ratio delicti dependet ex decisione alterius causæ præjudicialis, actu apud Judicem alium pendens; item quando subditi non tantum injuriâ, v. g. insolitis servitiis & novis oneribus vexati sunt, maximè si propterea contra Dominum suum coram competenti Judice jam instituerunt actionem, quod ipsis omnino permittum; demum quando Dominus puniendo procedit in causa propria, & in præjudicium tum litis pendens, tum alterius jurisdictionis: quæ omnia

(R. P. Pichler Decisiones.)

attentavit sua inquisitione & executione Dionysius, uti satis ostensum esse arbitror. Si subditi abjiciendo arma & recusando servitia excessissent fortè in modo, moderatè in continenti punire hunc excessum meò judicio potuisset Dionysius, at non propter abjectionem armorum & recusationem servitiorum, & quidem instituta prius inquisitione. Si verò à Judice, ubi lis pendebat super obligatione ad dicta servitia, subditi fuerunt jussi per interlocutoriam in Possessorio Summanissimo arma interim reassumere & prestare servitia, propter hanc inobedientiam non ab alio, quàm à Judice id jubente, contra quem commissa est inobedientia, inflictis pœnis ad parendum cogi poterant. Importunè igitur & iniquè falcem in alienam immisit

Q

immisit messem Dionysius, & contra litis pendentiam, alienamque jurisdictionem egit sic procedendo. Nec ipsi profunt leges allegatae; quia potius contrarium statuunt.

Ad II, Patet ex ratione decidendi tertia & quarta, ubi demonstratum, quod non modò causa Criminalis, & delicta, sed etiam Civilis quaestio, & obligatio ad servitia, super qua tamen lis jam erat introducta, fuerit objectum sententiae, quam Dionysius est executus. Imò ipsam simul quaestionem Civilem non tantum attigit, sed etiam haud obscure virtualiter definire praesumpsit praefata sententia, per ea, quae tradit Hilliger in *Donell. l. 2. c. 9. litt. A.* Est quidem causa Civilis & Criminalis per se & in se ab invicem distincta ac diversa, in praesenti tamen tanta est connexio, ut posterior sine priori tanquam praediciali Juridicè tractari, cognosci, & decideri nequeat. Imò ipsa causa Criminalis jam formaliter & in se facta est pendens coram Directorio Judicio antecederent ad inquisitionem, & subsecutam sententiam, dum contra refragantes subditos inibi Dionysius petiit ac obtinuit mandatum poenale. Ex nullo igitur capite excusari ab attentato potest.

Ad III. Illa instantia non est ad rem, neque inter utrumque casum datur paritas; nam causa Civilis debiti, quod Cajus exigit à Titio, non est praedicialis ad causam Criminalem, ex impactis verberibus & contractis fenestrarum rotulis ortam Cajo contra Ti-

tium; cum Titius contra Cajum debiti solutionem à se exigentem, potius non habuerit ullum jus verberibus quamvis habuisset jus recusandi solutionem, donec à Judice ad eandem fuisset condemnatus. Cum igitur nulla detur connexio in hoc casu Criminalis cum Civili, non debet spectari decisio causae Civilis, quam Titius condemnatur ad satisfactionem pro injuria Cajo illata, & puniatur. Econtra in praesenti casu Civilis erat praedicialis respectu Criminalis, & ex illius decisione potius cognosci debuit, an deliquerint subditi recusando servitia; in qua recusatione principaliter vel non consistebat delictum, & omnia propter quae puniebantur à Dionysio, in hac recusatione fundebantur. Dein recusando verbaliter servitia non attulerunt Dionysio aliquam injuriam, utpote nova & in se ad quae se non obligari credebant, ideo litem justè intentarunt; qui utitur jure suo, non facit alteri injuriam. *l. 55. ff. de R. l.* Ergo locus fuit inquisitioni & Judicio Criminali praesertim instituendo à Dionysio pendente.

Ad IV. Claret iterum ex ratione decidendi tertia & quarta. Vanum est effugium, quod animus se immiscere in causam Civilem abstulerit, & illam causam Civilem pertinentia solum circumstantia aggravantes allata sententia; nam verba & factum, quibus relucet animus, aliud longe dicant, maxime ex particulis causae

bus, Weifen 1c. Als 1c. Neque potest circumstantia aggravans delicti in medium proferri, nisi simul delicti substantia proferatur; qualitates enim supponunt substantiam, & circumstantie supponunt factum.

Ad V. Id saltem esse, constat ex eo, quod (ut Acta perhibent) mandatum poenale contra subditos impetretur, si arma non reassumpserint. Non licet causa Criminalis formaliter in se non fuisset deducta in Judicium, dependebat tamen inseparabiliter a causa Civili jam deducta in Judicium, & actu pendente, adeoque quidquid Criminaliter a Dionysio actum, in praesidium litis pendens, & causae Civili jam litigiosae attentatum est.

Ad VI. N. Antec. Ratio negandi infirmata est saepius, quod concomitantes imò principaliter pro objecto habuerit sententia causam Civilem, & sic Dionysius eam virtualiter decidere antehaverit, cum poenam dictaverit propter inobedientiam in recusatis servinis. Imò incivile factum, transmissio etiam, quod fuisset delictum, sine laesione jurisdictionis alienae, & litis pendens praesudicio non ponit judicialiter tractari & puniri a Dionysio, ut saepius dictum.

Ad VII. Pariter jam saepius ostendit

sa est connexio & dependentia unius causae ab altera. Abjectio armorum, & renitentia in illis reassumendis, vel non fuit delictum, & tamen principaliter propterea fuit poena dictata & executioni data, vel, si fuit delictum, punitio & inquisitio pertinuisset ad Directorium, ubi lis pendebat, quod in Summariissimo illa iussit interea reassumi. Si subditi in modo peccassent, v. g. verba injuriosa contra Dominum effutissent, forte in continenti notorie rei potuissent puniri a Dionysio moderate, at non per processum inquisitorium & sententiam praeviam. Dico, forte, quia Dionysius jam prius affecerat subditos injuria, dum nova exegit servitia, super qua exactione tanquam iniqua jam instituerunt actionem: quo casu non licet Dominis punire subditos, uti diximus. Adde, quod iste excessus in modo fuisset aliquid accessorium ad renitentiam & recusationem servitorum, consequenter ab illo puniendus, cujus erat punire dictam renitentiam, tanquam delictum principale, postquam constitisset fuisse certum & verum delictum; quousque omnino expectare debuisset Dionysius. Haec salvò meliori, & rectius sententiam judicio.



Q 2

TITU.